UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Ritus iudiciorum ad practica[m] per do. Bar. Saxofer. Alias dicitur Tractatus, quem debent seruare iudices in cognitionibus [et] decisionibus causarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

33 **Duodecimo queritur.** †quidam accu‑ſauit in curia
Bononiēſi Titiū ciuē Parmēſem, quē dt deliquiſſe in territo‑
rio Bono. dt accuſatus ego dico, non aio litis cōteſtande, hoc
delictum me non commiſiſſe. ſed poſito quod delictum proba‑
retur ego declino forum veſtrum, q2 non eſtis in hoc iudex com
petens. nam hoc maleficium eſt commiſſum in regno, extra ve‑
ſtrum territorium, vnde nō habetis de hoc notionem. iudex au‑
tem mandat quod reſpondeat: cum ex ſerie cauſe appareat eum
eſſe iudicem. replicat accuſatus, domine, iſta exceptio eſt emer‑
gens, ⁊ ideo prius eſt tractanda. ff. de lib. cau. l. liberis. §. fi. C. de
ordi. iudi. l. j. de dilatio. l. a procedente. ita quod, cauſa cognita,
pronunciare debetis vos eſſe iudicem, vel non eſſe. ff. de iudic.
l. ſi quis ex aliena. Dic ſecundum Guido. de Suza. quod proce‑
dendum eſt ſuper accuſatione, ⁊ in proceſſu apparebit, quē finē
cauſa habere debeat. C. qui accu. non poſ. l. j. nam ſi conſtiterit
de territorio tunc non valebit proceſſus, ſed extra territorium
remittit ad ſuum iudicem vt ſupra in q. vij. in pronunciando ſe
non eſſe iudicem per dicta iura. Si aūt de neceſſitate ſit pnun‑
34 ciandum, dic vt j. de q. vere emergentibus. q. pe. † Circa materiā
huius tract. eſt ſciendum, quod iuriſdictio eſt nomen generale
comprehendens merum ⁊ miſtum imperium: ſed non conuerti‑
tur, quia non omnes, qui habent modicam coercitionem, habēt
omnem iuriſdictionez, vt not. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. imperiū.
⁊ quia non omnes, qui habent hanc iuriſdictionem, habent me‑
rum imperium, ⁊ miſtum. Omnis enim minor magiſtratus ha‑
bet iuriſdictionem, ⁊ prebet authoritatem manumittere volenti
bus. aut apud euz inſtrumenta aperiūtur, ⁊ pecuniarias cauſas
iudicet, ⁊ leues criminales, vt no. in d. l. Imperium. ergo ⁊c. vo‑
catur modica coercitio, vt eod. tit. l. mandata. §. j. Et poſſunt hec
omnia alteri delegari, d. l. j. ij. reſponſo. ⁊ ff. de iuriſ. om. iu. l. impe‑
rium. in fin. l. ſolent. ⁊ l. pretor. de offi. vica. c. licet. ⁊ c. cum gene‑
rali. non tamen ille magiſtratus habet merum imperium, vel
miſtum, quia illud non competit niſi maioribus magiſtratibus,
de quibus habetur in d. l. j. in gloſſa in verb. tribuuntur. de offi.
35 eius cui man. eſt iuriſd. † Ea vero que competunt iure magiſtra‑
tus, vt maioribus ſicut quia merum imperium quod conſiſtit in
facinoroſos homines animaduertere, ⁊ miſtum imperium con‑
ſiſtens in miſſione in poſſeſſionem. vt d. l. imperium. alteri de‑
mandari non poſſunt, vt d. l. j. maxime punire. vt d. l. j. §. huius
rei. Que enim meri, vel miſti imperij ſunt, per libellum, id eſt iu‑
dicem delegatum expediri non poſſunt, vt d. l. j. de offi. procon.
l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. ⁊ maxime hec
non veniunt in generali delegatione. vt ea. l. in prin. Vt ergo de‑
legatio meri vel miſti imperij valeat, duo ſecūdum ius ciuile re‑
quiruntur. ſcilicet ſpecialis cōmiſſio, ⁊ quod adeſſe non poſſunt,
vel abeſſe neceſſe contingat vt ibi: ſed tunc non venit vltimum
ſupplicium, nec membri mutilatio, niſi quo ad cognitionem tan
tum, vt in authen. de colla. §. ad hec prohibemus. de iure can.
ea que ſunt meri vel miſti imperij, de quibus no. extra de offic.
leg. c. quod tranſlationem. poſſunt delegari, ⁊ a preſente ſi ſpe‑
cialiter committatur. extra de offi. or. c. quod ſedes, dicitur. xxiij.
q. iiij. illud. extra de rap. c. in archiepiſcopatu. ⁊ nō ſolum quo ad
cognitionem, ſed etiam quo ad examinationem, vt dicitur mere
quoque talis delegatio facienda eſt habenti iuriſdictionem, vt
puta alicui magiſtratui, vt not. in lege prima de officio eius cui
man. eſt iuriſdictio. ⁊ c. quod ſedes. Princeps autez hec omnia
delegat, vt ff. de teſt. l. iij. §. idem diuus ⁊ not. in d. c. illud. Patet
ergo quod in terris eccleſie non eſt dubium quod poſſunt com‑
mitti vt dictum eſt: dicunt enim in alijs prouincijs iudicem de
conſuetud. ne obſeruare contrarium.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Vitietur. Sequitur Lud. Ro. in conſi. lxvj.
b ¶ Clericus. Vide Old. conſi. iij. quod incip. quod laicus delin‑
quens. ⁊ vide Barto. in l. j. ff. de penis. ⁊ ibi apoſt. Alex. ⁊ meā,
vbi videas.

Tractatus Caſuum in quibus

citatio non valet, ſecundum Bart.

QUando in anguſta tempora, vt v. q. ij. c. j. ⁊ vlt. Quando non expri‑
mitur cauſa quare ſit citatus. v q. ij. c. vlt. Quan
do nimis maturatur peremptorium. c. dilecti
de dilationibus extra. Non valet ratione tem‑
poris, vt quia ſit die feriata, vt extra. de ferijs.
c conqueſtus. Ratione loci, vt ſi ſit extra diæceſim, vltra duas di
ctas, vt extra de reſcript. cap. nonnulli. Si fiat ad locum pericu
loſum, vt extra, de appel. c. ex parte. ⁊ ex quib. cauſ. maio. l. metū
in glo. ⁊ ad Treb. l. de etate. ⁊ vt lit. non conteſt. c. accedens. Ra
tione iudicis, ſi eſt euidēs quod ſit iudex, vt extra de offi. deleg.
c. ex literis. Si reſcriptum apoſtolicum non ſeruatur, vt extra
de offi. dele. c. cum in iure. Si euidēs eſt iudicem eſſe inimicum,
vt iij. q. v. c. quod ſuſpecti. Si citatus ſpoliatur, ante reſtitutionē
factam, vt iij q. ij. c. ſi epiſcopus. Si libertus citet patronuz, iij.
q. iij. c. ſi teſtes. §. liberti aduerſus. Vbicunq3 euidenti exceptio
ne poteſt quis ſe tueri, vt ff. de iudic. l. nō videtur. ſed vbi eſt du
bium debet ire allegaturus priuilegium, vt extra, de appel. c. ſi
duob. l. ex quacunque ſunt. ſi quis in ius voc. non ierit. ⁊ l. ſi qs
ex aliena. ff. de iudic. Sciendum tamen eſt, quod ſi citatio nulla
eſt ⁊ citatus non defenditur, proceditur, vt ff. iu. ſol. l. ſi reus. Et
caſus not. iij. q. ij. c. ſi epiſcopus. in glo. in verb. conuocari. Vbi
vide plura alia in fi. verſi. inuenio tamen, ⁊c.

a Ritus iudiciorum[a] ad practicā

per do. Bar. a Saxofer. Alias dicitur Tractatus,
quem debent ſeruare iudices in cognitioni‑
bus ⁊ deciſionibus cauſarum.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Ritus iudiciorū. Adde, q̄ iſte trac. ſine gl. eſt Bar.
⁊ ita quod inueni in iij. li. cōſi. char. cxiiij. qui tractatus fuit poſt
ea gloſſatus, prout in primis impreſſionibus inuenitur, ⁊ confuſe.
Quis autem gloſſauerit ignoro, tamen hic eſt poſitus tracta
ctus iſte Bar. pro textu, ⁊ poſtea additio ſine gloſſis.

a b c d e f g h i k MEmorie[a b] iudicis[c], q in tribunali[d] quoli
bet preeſt, occurrūt infraſcripta ſer‑
uanda[e], circa cognitionem ⁊ deciſio
nem cauſarum quarūlibet, vt in eis
ordinate[f] procedat. Item quod iu‑
dex[g] facilem[h] ſe prebeat in audiēdis
clamoribus[i] quorumcūque, quibus
auditis, conuenientem[k] petenti fie
ri faciat citationem. ¶ Item quod
l ſi ex querela[m] facta computat actio curie, vt eſt inſpecta defen
m ſa[n] ⁊ alijs criminibus[o], in quibus ex officio proceditur, non a
n lias citationem concedat, niſi denuncians obliget ſe apud acta
o ad certam penam[p] de proſequendo, ⁊ probando poſita, ita quod
p curia inde obtineat. ¶ Itez quod ſuper quocunque negotio ſit
q facienda citatio, que contineat rem, que petitur petendi cau
ſam nomen actoris, ⁊ rei, ⁊ coram quo ſit queſtio agitanda.
r ¶ Item quod aſſignata[r] reſponſali per citationem, ſcribatur
s dies preſentationis[s] ipſius reſponſalis apud acta, ſcilicet, ta‑
lis baiulus preſentauit tali die apud talem locum pro tali con
t tra talem. ¶ Item quod veniente termino[t] citationis vocetur
citatus ad inſtantiam actoris, ⁊ ſi non compareat, accuſetur ei
ius contumacia in termino, ⁊ ſcribantur apud eum acta, ſi ci
v tatio incidat[u] in diem feriatam vocetur die ſequenti et prece
x denti die. ¶ Item post[x] primam citationem expectetur vocat
y per triduū de equitate: quo termino elapſo iterum vocetur cita
z tus in curia, ⁊ ſi non cōpareat, inſtante accuſatore, banniatur
ſi queſtio criminalis eſt: ſi ciuilis, non bannit, ſed damnetur a
a tertiam partē bonorum mobilium repertorū[a] ⁊ decernatur acto
rem mittendū in poſſeſſionem bonorum ſuorum repertoruz pro men
ſura debiti declarati. Et hoc habet locum in curia iuſtitiarij: nā
in curia baiulorum non damnatur ad tertiam partem bono
b rum mobilium, ſed ad penam vnius Auguſtiani[b] tantum decer
nendo mittendum in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati
quod debitum declaratur ſecundum conſuetudinem regni que
incipit, Contumacem ⁊ illa conſtitutione que incipit. Rei ven
c dicatione. conuentus ⁊ ſimilib. Item reus[c] ſi compareat in termi
d no offerantur duo libelli[d] in curia per actorem quorum vnus
apud curiam remaneat. alius a iudice aſſignetur: conuento
e ⁊ hoc ſcribatur apud acta in hac hac forma: Die tali[e] talis men
ſis apud talem locum libellus preſens oblatus eſt in iudicio
⁊ apud acta per talem, ⁊ ſimiliter per curiam oblatus eſt. ⁊
lectus dicto preſenti conuento ⁊ recipiēti eum. Item ſi lecto li
bell

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

f bello[k] petat conuentus terminum ad proponendum exceptio-
nes dilatorias, detur ſibi: dummodo nominet vnam exceptionē
incontinenti, ſecundum quod cauetur iure canonico, licet non
multum expreſſe dicatur ibidem. ⁊ hec omnia ſcribantur apud
acta, vt dicitur extra, de exce. c. paſtoralis in gl. ⁊ in conſt. regni,
g exceptiones dilatorias. Item ſi oppoſita exceptione [g] dilatoria
incontinenti de ea non cōſtet ſed dilationes requirat, dz iudex
recipere ſacramentum ab opponente quod non faciat animo ca-
lumniandi ſeu prorogandi. ⁊ propterea pro firmo ſe credebat
probare poſſe, quā poſtea ſi non probauerit in termino ſibi da-
to, opponens ad expenſas omnes ſacramēto partis cum taxa-
h tione iudicis declarādas dānetur [h]. Item ſi lecto libello [i] reus
i non opponat dilatorias, ſed lis conteſtatur incontinenti ſcriba-
k tur litis conte. in hunc modum, Die tali [k] apud talem locū di-
ctus talis conuentus lecto ſibi dato libello. lit. conteſt. negauit
poſita in libello ſaluis iuribus, ⁊ defenſionibus ſuis ſibi compe-
tentibus. ⁊ competituris. Si vero ſit litis conteſtatio per pro-
l curatorem, fiat per verbum ignorantie, [l] de ineptitudine [m] libelli
m ſemper proteſtatione premiſſa. Item poſt lit. conteſt. [n] recipia-
n tur ſacramentum calumnie ab vtraque parte, ſecundum formam
conſuetam iuris. ⁊ authen. ſignate. C. de iur. cal. authē. principa-
o lis. Item poſt iuramentum [o] calumnie detur terminus ad pro-
bandū, vtrique parti ⁊ hoc ſcribatur apud acta curie. Item da-
p to termino [p] ad probandum offerantur duo libelli et exceptio-
nes in cauſa. ſcribatur dies receptionis ipſorum hoc tamen at-
tento, quod offerātur die quo cōteſtatur lis, vel ſequenti ꝑ prin-
cipales perſonas. Sed ſi per procuratorem cauſa agitetur de-
bet procurator etiam articulos generales eodem vel ſequenti,
vt ſ. alias aūt intra terminum ſibi datum ad probandum offer-
ri poteſt. ⁊ hec omnia apud acta ſcribantur cum diebus et locis
quibus offeruntur, videlicet, die tali apud talem locum preſen-
tes articuli, ſiue exceptiones oblate ſunt in iudicio ⁊ apud acta
per talem ſaluo iure impertinentiarum recepti. Item quod ſi
q teſtes producuntur intra terminum iurant q aduerſa parte pre-
ſente. vel contumaciter abſente. ⁊ hoc ſcribatur apud acta, vide-
licet, die tali, apud talem locum predicti teſtes producti per ta-
lem cōtra talē in tali cā iurati ſunt corporaliter ad ſancta Dei euā-
gelia dicere veritatem ſuper articulis ſiue exceptionibus in ip-
r ſa cauſa oblatis pretermiſſis prece, pretio, [r] odio, vel amore par-
te preſente ⁊ proteſtante contra perſonas et dicenda per eas,
vel ſi pars eſt contumax parte contumaciter abſente cuius con-
tumacia primo accuſetur ſeu accuſata probetur antequam iurēt
s teſtes. Item ſi teſtes [s] iurauerint die non feriato poſſunt etiam
examinari die non feriato. Item poſtquam ſunt teſtes produ-
t cti examinentur in ſecreto, [t] ⁊ interrogentur de cauſa ſcientie. lo-
v co ⁊ tempore ⁊ aliīs circunſtantīs [v] diligenter. Item poſt exa-
x minationem teſtium x intra terminum elapſum terminus datus
ad probandum vel intra terminum, dummodo per partes re-
nuncietur eidem termino fiet publicatio in hac forma. Die tali
apud talē locū partibus preſentibus, ⁊ volētibus facta fuit pu-
blicatio teſtiū hinc inde productorum. ⁊ datus eſt terminus vtrique
parti ad recipiendum copiā eorundez vſque ⁊ per totam talem
y diem y que copia data vel nō ſi aliqua partium, vel ambe eligāt
reprobare teſtes detur ei terminus competens ad hoc in forma
z que ſequitur Die tali, [z] apud talem locum, talis elegit reproba-
re teſtes partis aduerſe, cui datus eſt terminus ad reprobandū
vſque ⁊ per totam talem diem, poſt vero examinationē teſtiuz ad
repulſam ꝓdictorū debet fieri publicatio teſtiuz in ſimili forma.
Poſt hec vero ſi aduocati facient rubricas de dictis teſtiū, ⁊ re-
cipiant rubrice lz hodie non multum habeatur in vſu. Itē poſt
a rubricas a factas vel non factas debent aduocati diſputare ſu-
per efficacia probationum, ſiue allegare in ſcriptis quod ſibi
de iure videtur allegandum caute, nota quod poſt rubricas aſ-
ſumptas aduocatis non dabit iudex dilationē ad diſputādū, et
cōcludendum in cā de iure conſtitutionis regni vt not. in text.
b conſtit. vniuerſos, ⁊ ſingulos iudices. quibus peractis [b] fiat con-
c cluſio, ⁊ renunciatio in cauſa ⁊ detur terminus [c] ad audiendum
ſntam in hac forma. Die tali apud talem locum facta eſt con-
cluſio, ⁊ renunciatio in cauſa predicta vtraque parte preſente ⁊
volente, ⁊ datus eſt terminus vtrique parti ad ꝓbandū perem-
ptorium ad audiendam ſententiam ipſam videlicet per totum
talem diem hoc tamen habeat in memoria iudex ꝙ a die renū-
ciationis ſeu concluſionis det ſuam ſententiam intra decē dies,
d vt in d. conſt. in vniuerſos. Item feratur ſententia [d] ſecundum
e qualitatem negotīj agitati, ⁊ ſecundū allegata ⁊ ꝓbata [e]. Item
f ſi poſt [f] ſententie prolationem ſi pars ſuccumbens antequam iu-
dex ſurgit viua voce appellat ab ipſa ſententia eius appellatio
g recipiatur, ⁊ ſcribatur apud acta in hac forma Die tali [g] apud ta-
lem locum dictus talis poſt prolationem ſententie predicte, iu-
dice ſedente pro tribunali ab ipſa ſententia appellauit ſtatim

h viua voce, petēs cū inſtātia apl'os h ſibi dari, ⁊ proceſſum totius
cauſe ꝑdicte, quorum apl'orum copia det' ſibi intra xxx. dies al's non.
Sin aūt fiat appellatio poſtꝙ iudex ſurgit eſt facienda in ſcri-
ptis intra decē dies enumerādos a die ꝓnunciationis ſenten-
i tie. Et omnia que dicta ſunt de appellatione recipienda, ha-
beant locum quando reus eſt victus, vt ſupra: ſʒ ſi confeſſus, tūc
non auditur appellans neque iudex appellationem recipiat.

BARTOLI PRECEDEN-
TIVM EXPLICATIO.

a b ¶ Memorie. Neceſſario in ſcriptis redigende, quia memoria
hominis labilis eſt, vt C. ſi min. ſe ma. dixe. l. iīj. circa medium, et
de veteri iur. enu. l. tanta. §. ſi quid autem in tanta legum, ⁊c. ibi,
omnium habere memoriam, ⁊c. Et ſcriptura ad eternam rei me-
moriā eſt inducta, vt C. de teſtam. l. iubemus. §. ſed ne aliqua. ibi
eorum nomina ſcribere non differant ad eternam rei memoriā.
c ¶ Iudicis. Deum primo coram ſe, ⁊ ante oculos habere debet
in faciendo iuſtitiam. C. de iud l. rem non nouam. ibi ſic etenim
attendentes ad ſacroſanctas ſcripturas ⁊ Dei preſentia conſe-
crati, ⁊c. ⁊ extra de accuſationibus. c. qualiter ⁊ quando. i. §. ſi ve-
ro preſcri. ff. de eo quod cert. lo. lege quod ſi Epheſi §. fin.
d ¶ In tribunali. In quo neceſſe habet ſtare, ⁊ ibi ſedere. ff. de in
integr. reſtitutio. l. diuus. ibi, pro tribunali ſedere. ff. quod met.
cau. lege, metū autem preſentem. Sed ex facto. ibi, pretorem me
aſſidente interlocutum, ⁊c. Sed in quo loco: dic in loco conſue-
to, ⁊ honeſto, alias non valet. ff. de iuſtitia ⁊ iure. lege penul. et
C. de ſenten. ⁊ interlo. om. iudi. lege, cum ſententiam. ff. de arbi.
leg. ſi cū dies. §. penul. ⁊ de interro. actio. l. voluit pretor. in fin.
e ¶ Seruanda. Que ſeruari debeant per iudicem ⁊ quis ritus,
⁊ ordo in cauſis criminalibus ⁊ ciuilibus dicitur, ⁊ probatur C.
de fideiuſ. l. fin. in fi.
f ¶ Ordinate. Ut l. conſentaneum. C. quomodo ⁊ quando iud. et
in authē. qui ſemel ibi poſita: nā ſi non ſeruat ordinem, et pro-
ceſſum, non facit ordinate, nec valet quod facit, vt C. de ſenten.
⁊ interlo. om. iudi. l. prolatum. extra de proba. c. quoniam contra
falſam. quod ſententia feratur ſuper certo inquantum poſſibile
eſt, vt Inſtitut. de act. §. curare autem. Item quod bene: nam ſi
male profert iudex non ordinate, aut imperite punitur vt In-
ſtit. de ob. que ex quaſi delict. in princ. ⁊ ibi dicitur facere litem
ſuam, imo arbiter cum male, ⁊ inique decreuit, vt C. de pact. l. ſi
quis in conſcribendo. in fin. ⁊ ibi not. Item quod affectione iu-
dex non iudicet vt ff. de manumiſ. vindict l. illud in cauſis. Et
quod non affectione conſanguinei: vt ff. de re iudic. l. diuus A-
drianus. in fin. cum in iudicio non debeat eſſe acceptio perſo-
narum, vt in d. c. qualiter, ⁊ quando. ext. de accuſa. Et ſecundum
allegata ⁊ probata iudicet. ff. de offic. preſid. l. illicitas. §. veri-
tas. Et ſacramētum preſtet iudex de officio fideliter exercēdo.
vt in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. §. iurare. quod preſt. ab hīs. Et ſi contra fecerit, po-
terit de periurio accuſari. vt C. ad leg. Iul. repet. l. fin. in ſi.
g ¶ Item quod iudex. Quicunque ordinarius ⁊ delegatus ordi-
nem iuris debet ſeruare, probatur in l. prolatam. ⁊ toto tit. C. de
ſent. ⁊ interlo. om. iud. cum ſimi. Idem in arbitris, compromiſſa-
rīs cum arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum vt ff. de ar-
bi. l. prima. ſecus in arbitratore, ⁊ amicabili compoſitore quia nō
tenetur nec debet ſequi ordinem iuris, vt not. plene. ff. pro ſoc. l.
ſocietatem. §. arbitrorum. cum tribus legibus ſequentibus Nā
arbiter fuit inuentus ad ſimilitudinem iudiciorū: tamen in mul-
tis locis exponitur arbiter, id eſt, iudex delegatus. ⁊ maxime in
l. arbitro. ⁊ l. ſeq. ff. qui ſatiſd. co. Quinimo ⁊ filiuſfamilias iudex
eſſe poteſt, vt ff. de iudic. l. cum pretor. §. ſi.
h ¶ Facilem. Audiendo, ⁊ reſpondendo benigne. vt ⁊ alias fecit
Imperator in l. precibus. C. de impub. ⁊ ali. ſub. ⁊ C. de tranſact.
l. vt reſponſum. ⁊ de preci. Impe. offe. l. i. in ſi.
i ¶ Clamoribus. Supple potentum accuſare de iure. nam multi
ſunt qui ab accuſando repelluntur, vt C. qui accu. non poſ. per
totum tit. ⁊ ff. de accuſa. per totum maxime in l. hos accuſare. cuz
l. ſeq. ⁊ ſeq. etiam a denunciando multi repelluntur, vt not. extra
de accu. c. cum oportet. ⁊ c. inquiſitionis. cum ſimi.
k ¶ Conuenientem. Quando agitur vt hic. Nam ſi citatio et ſen-
tentia non fuerint concordes inuicem, proceſſus non valet, vt
ff. de cond. inde. l. cum fundus, ⁊ ff. de excep. rei iu. l. ſi ex teſta-
mento. in fin. cum ſimilibus.
l ¶ Citationem. Continentem quinque vt in cōſti. regni que in-
cipit, edictorum ordinem. ⁊ ſi omittatur non eſt de iure quia om-
nium actionum ipſa citatio eſt principium, vt Inſti. de pena te-
li. §. ſi. que citatio niſi fiat de mādato iudicis non valet: vt C. de
exhib. reis. l. neminem Fallit in caſibus ibi no. quando per offi-
ciales l. ea quidem. C. de accu. cū ſimi. Et peremptorie, dictū eſt,
ad differentiam aliorum edictorum, que no. ff. de iudic. ad perem-
ptorium. cum l. ſeq. Aliud eſſet de alīs que dicuntur commina-
toria, ⁊ commouentur per cōſtitutionem regni hodie vt in ꝑal.

legata conſtit.edictorum. Et committitur alicui probo viro, vt citet, ⁊ reſponſalem mittat, ⁊ coram quibus, et quando citauit ſecundum quod vſus tenet hodie in curia regia magna, quod pro lege ſeruatur, vt dixi. Et nota, quod magna curia non committit alicui citationem habenti aliquod officium: puta baiulis, iudicibus, vel notarijs, aut alijs quodcunque aliud officium habentibus, vt in ipſo ritu apparet. ⁊ Cod. de diuerſ. offic. et app. l. ij. lib. xij. Sed curia aliorum committit iuratis ſeruis, vel famulis: ⁊ eis creditur ſine aliquo alio teſte. ⁊ poteſt hoc probari per gloſſ. ordinariam ext. de prob. cap. quoniam contra falſam. in gloſſ. in verb. citationes. que incip. vt per hoc appareat. et hoc fuit de conſuetudine Longobardorum, vt ibi dicitur. ⁊ not. manifeſte in ciuili. ſed de iure non eſſet eis ſolis credendum, vt ibi etiam tenetur.

m ¶ Item ſi ex querela facta competat actio. Id eſt, cõpetere poteſt. ⁊ eſt figura enallage: quia ponitur tempus pro tempore, vt ff. quando actio de pecu. eſt an. l. j. §. quamdiu. ibi perpetua eſt gloſſ.

n ¶ Inſpecta defenſa. Hoc eſt nouiter inductum per conſtitutionem regiam de defen. in conſti. iuris gentium cum trib. ſequen. ⁊ dic vt ibi not. in ver. in penis aliter defenſa, ⁊c. Obtemperat ille, cui imponitur iure accipit tertiam partem bonorum mobilium ſine armis: ſi cum armis, tunc omnium bonorum, ſpretis defenſis, id eſt, proceditur ex officio contra eum, vt ⁊ in d. conſtitutione dicitur.

o ¶ Criminibus. Publicis, vt ff. de publi. iudi. l. prima, ⁊ nõ plus eſt quam in omnibus criminibus, que penam ſanguinis imponunt, procedi poteſt ex officio ⁊ maxime, quando perſona pupilli eccleſie vidue, ⁊ debiles leduntur a potentibus que omnia ſunt hodie per conſtitutionem regni vt pena merita. ⁊ c. tua. ⁊ c. plures. cum ſimili. vt ſunt multi alij caſus in corpore iuris ciuilis, ⁊ canonici, qui iudicis arbitrio committuntur. ⁊ in totum penam ſanguinis ingerunt, qui no. extra ordinem Inſt. de off. iud. ⁊ dic vt ibi que quidem forma procedit ſatis clare, ⁊ dicitur extra de accuſat. capitulo, qualiter ⁊ quando. ij. ⁊ cap. cum oporteat.

p ¶ Ad certam penam. Hoc nouum eſt, quod ad certam penam obliget ſe denuncians ⁊ eſt de ritu noue curie, qui ritus, vt dixi, pro lege ſeruatur: ſed denuncians de lege conſtitutus, obliget ſe ad penam talionis ſcilicet calumnie, ſi non probat, vt not. C. de probatio. l. prima. ⁊ ff. eod. tit. l. j.

q ¶ Item quod ſuper quocunque. Nota quod citatio quinque debet continere, vt hic ⁊ in conſtitut regni edictorum. ⁊ ſemper intelligas quod fiat citatio de mandato iudicis vt plene dixi. ſ. in c. ij. ⁊ peremptorie. cum ſimilib. ⁊ pro hoc vltimo eſt text. rotundus, in l. neminem. C. de exhibendis reis. ⁊ ibi no. Bald. qui dicit, quod de commiſſione, ⁊ mandato conſtare debet, vide eũdem. Bal. in l. conſentaneum. C. quom. ⁊ quan. iudex. que autem requirantur in citatione expreſſe declarat text. in l. aut qui aliter. §. ſi quis ſe denunciauerit. ff. quod vi aut clam. debet enim continere nomen iudicis, nomen actoris, ⁊ rei, ⁊ dicit Bart. ibidem quod citatio debet eſſe clara, ⁊ certa, ⁊ limitata vſque adeo, vt citatio incerta ob certitudinem. Alci. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum ff. de ver. obli. per glo. j. in l. eum quem temere. ff. de iudi. Quod autem diximus citatione debere cõtineri nomen iudicis, intelligendum eſt de iudice ſuo per text. formalem in l. extra territorium. ff. de iuriſd. om. iud. ⁊ vide de hoc Guid. Pap. deciſ. cccc xlv. poſt Dy. in c. ea que fiũt a iudice. de reg. iur. li. vj.

r ¶ Item quod aſſignata. Quod habet facere neceſſario: alias pſumitur, vt in authen. de man. prin §. ſecundo. alias punitur pena contempti mandati regij vt not. plene in conſt. regni. in pn. in gloſſ. que inci. Poſſe ex hac litera. ⁊ eſt in arbitrio iudicis, ſi pena non eſt in mandato, vel citatione depoſita. Sed quero, cuius expenſis reſponſalis citationis debeat mitti. Reſpond. aut in citatione reſpondetur, ⁊ continetur factum curie, aut alicuius priuati: ſi factum curie, ⁊ tunc credo, quod officialis, qui habet ſalarium, tenetur mittere expenſis ſuis, vt argumen. C. de re militari. l. fina. lib. xij. C. ⁊ ad hoc etiam facit textus conſtitutio. regni, que incipit, grauamina. Aut ille reſponſalis continet factum priuati, et tunc expenſis illius cui tangit, debet mitti. et ita not. C. de ſtatuis et imaginibus. l. fina. et C. de defenſ. ciuit. l. iubemus.

s ¶ Preſentationis. Hoc caſu non reperitur ſed factum, ſcilicet poſt tempus quando reus vel actor coram iudice comparere debet, ⁊ abſolui ſeu condemnari vt factum indicat. Sed argumẽtari poteſt, quod poſſit probari, et quod inueniat, qui non debet ponere diem in rationibus. cum neceſſe fuerit. ff. de edendo lege prima. §. rationes Sic enim iudex in inſtrumentis, vbi dies poni debet, vt in authentica de fide. inſtrumen. per totam authen.

t ¶ Item quod veniente termino. Vocetur in curia alta voce tribus vocibus, vt lege, conſentaneum. et lege, tres denunciationes. C. quomodo, et quando iudex. authenti. qui ſemel. ibi poſita, que requiſitio appellatur. C. de iudic. lege, properandum. §. et ſi quidem pars actoris. ibi, actorem requirere, per vocationem forte reuocare ope illorum, qui dicunt, quod commonitoria ſunt ſublata ſalua eorum reuerentia. Nam ſatis poteſt dici has voces commonitorias, et tertia vice conſueuit dici per vociferationem, e chi lo ſcuſa? e chi lo defende: hac vocatione facta ſi venit, inchoabit iudicium ſecundum ius. ſi vero non comparet, accuſetur eius contumacia per accuſatorem curie pro parte officij, vel alia perſona officiali curie preſente, quod eius contumacia ſit expreſſe accuſata, dic, vt C. de iudic. l. properandum. §. ⁊ ſi quidez pars actoris. ibi, ex vna parte actoris abſentiam incuſante que omnia in ſequent. c. magis clare notantur.

v ¶ Incidat. Hoc etiam debet dici de ritu noue curie, quod poteſt probari, quod not. dominus Dynus allegat. Nam dicit ipſe, caſus legis eſt, vbi citatio cadit in diem feriatam, ⁊ vocatur die precedenti, ⁊ ſequenti, per duas leges, vna eſt C. de ferijs. lege, dies feſtos ibi, ſolennitas incideret differatur ergo in ſequenti die. Alia eſt C. de tempo. appellatio. lege ſecunda. ibi ſi cedentes eos dies. ⁊c. ⁊ iſte due leges probant, quod non dicunt precedenti, ⁊ ſequenti die: cum cadat in feriatam. vt eſt in prealle. ritu magne curie, c. item ſi datus terminus. ⁊ dic, vt not. ſeq. hoc eſt de antiquo iure, vt modo dixi, ⁊ predicabilius. de ſto cano extra de dolo, ⁊ contuma. c. cum dilecti. circa med.

x ¶ Item poſt. De equitate, quam iudex ſemper debet habere ante oculos, vt ff. de eo quod certo loco. lege. ſi Epheſi. in fi. cum ſimilibus.

y ¶ Iterum vocetur. Quo vocato ⁊ monitorium edictum eſt vt modo dixi. ⁊ no ff. de iudicijs. l. ad peremptorium. cum l. ſequen. Breuiter hodie abbreuiata eſt magis quam olim, vt euidenter curioſus lector videre poterit. Nam olim per interuallum, non minus triginta dierum per eiuſdem Regis edictum: ⁊ erat per triginta dies: ⁊ hoc tempus hodie in citatione extendi non poteſt: ſed abbreuiare pro qualitate: ⁊ illud ius antiquum, quod inducebat iiij. hodie eſt diminutum per hoc ius, ⁊ per conſtitu. regni illam, edictorum, vbi manifeſte patet.

z ¶ Banniatur. Hoc nouum eſt ſecundum conſti. regni: eſt inductum etiam in criminalibus, vt in conſtit. ⁊ generalia iura, ⁊c. cum conſtit. ſeq. pena eorum, ⁊c. Ad hoc vt habeas pleniſſimam materiam, dic, vt not. Rofred. in libellis ſuis criminalibus. ibi. et qualiter ſecundum conſtitut. regni in accuſationibus concedaſ. nam duobus ſeq. Et dic ad maiorem declarationem, quod ſi ſteterint per duos menſes in banno, impetratur ab ea curia a qua bannitur, vt fiant litere de capiendo eum, ⁊ mouentur per conſtitutio. illam clementis imperialis, et per illam conſtitu. ſequi poteſt interim, quod dicitur quod ſi captus eſt bannitus, tanto tempore ſtabit in carcere, quanto ſtetit in banno. Sed officiales noſtri temporis pro illo tempore, pro quo debent eſſe in carcere, componunt pro pecunia ciuiliter: de quo quero, quia ciuilis non bannitur, ſed damnatur, vt ſequitur in conſtitu. regni, penam nomine, ⁊c.

a ¶ Repertorium. Hoc probatur de ho. auth. iud. poſſum proponas. authen. ibi poſita, ei qui. ⁊ dic, vt ibi not.

b ¶ Anius auguſtani. In conſtitutione regni que incipit, in ciuilibus autem cauſis, alias eſt § conſtituerit penam ix. vnciarum. et caue, quia poſſet te decipere: quia confuſe loquitur. caute not. quia in criminalibus omnia bona aduocantur ad opus curie: in ciuilibus decerni debet per iudicem actorem mittendũ fore in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati, ⁊ non in plus. Cum hoc concordat curia baiulorum cum curia iuſtitiarij, et aliorum maiorum ſed diuerſificatur, quia iuſtitiarij damnant contumacem in ciuilibus coram eis ad tertiam partem bonorum mobilium, vt dicta conſtitutione, penam nouem vnciarum. ſed baiuli noſtri pro contumace, ⁊ pro quolibet menſe vt in dicta conſtitutione, in ciuili. alias eſt §. conſtituerit penam ix. vnciarum. que pena auguſtani non excedit penam quatuor auguſt. Per quatuor vices poteſt de ea contumacia damnari, ſi perſeueret quolibet menſe vna quatuor menſium, quolibet menſe ad vnum auguſtalem vt dicit notab conſtit. vna, ad officium baiulorum precipue circa medium. ⁊ in fi. not. eam, et ſic quanti ad hoc, videtur correcta l. eos qui. C. de mod. mulct. que permittebat mulctari infra tres vncias de eodem peccato. Hodie vero quaſi mulctari debet in preallegat. conſtitu. baiulorum. Cetera dic vt habes ibi in text. Not. hunc text. declaratum caute in eo, quod dicit debitum declarari, ſecundum illas duas conſtitutiones videlicet contumacia. ⁊ alia rei vendicatione: nam ſcire debetis, quod omnibus actionibus perſonalibus, que multe

ſunt

ſunt ſu corpore iuris: ⁊ maxime in arbore Joannis, Inſtitu. de actioni. in illis habet locum, quod dicit debitum declarari: quia mittitur in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati, vt ſupra proxi. dixi: ac per illam ſolā conſtitu. tantum, ſed in actionibus realibus, vbi punitur reus in aliquo etiam ciuiliter: tunc nō poteſt dici: ꝙ declaretur debitum: imo falſum diceres, ſi diceres ꝙ ponetur actor in poſſeſſionem rei poſite cauſa cuſtodie intra annum: quod not. ſecundum iura antiqua primum decretum poſt annū debet mitti, vt adiudicetur immiſſio in poſſeſſione ii, res illa conuocatur, ſecundum decretum interponitur, ⁊ poſſeſſor efficitur ſi contumax eſt ille reus, ⁊ miſſus eſſet, verus dominus illius rei efficitur ſecundum conſtit. regni, rei vendicatione conuentus, nuper proxime, ⁊ ſic referas predicta, ⁊ non decipieris referendo conſtitutionem, contumacem conuentum ad reales: ⁊ curioſus lector videre poteſt. ⁊ de iſta materia vide in his duabus conſtit. ⁊ ſic intelligas.

c ¶ Item ſi reus. Eſt contumax, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, ſecundum quod ſi compareat reus, ⁊ actor non compareat ⁊c. Et predicta hic, que locum habent quo ad crimina, aut non venit actor, quia contumax ante litem conteſtatam, ⁊ peruenitur ad ſextam partem bonorum mobilium, ⁊ applicatur fiſco, aut curie, ⁊ in expenſis reſarciendis, vt de iure antiquo, vt ff. ad Carb. l. queſitum. Idem de iure conſtitutionis regni, accuſatorum temeritate, dic vt ibi. Aut eſt contumax accuſator poſt lit. conteſt. ⁊ tunc condemnatur ad tertiā partem bonorum ſuorum mobilium ⁊ ſi eſt reus, ⁊ ſic iterato citatur procurator, vt veniat ad probandum, ⁊ ſi non veniat puniatur in cētum aug. Iſta eſt pena inducta de nouo, loco Turpil. per conſtitutionem regni predictam: ſed in cauſa ciuili nō video aliquid innouatum eſſe: ergo l. properandum. C. de iudi. quod quando punitur actor, ſi non veniat ante lit. cōteſta. ⁊ ſic vtimur, ſed inouata eſt pena in x. parte litis ſi datus eſt per curiam terminus partibus ipſis, ad veniendum poſt litem conteſta. quod ſi non veniūt puniuntur pro equalibus portionibus in decima parte litis vt in conſtitutione regni que incip, interdum. ⁊ dic vt ibi not. ⁊ Inſtit. de pe. teme. lit. in prin. ⁊ in auth. de lit. §. ad excludendum.

d ¶ Offerantur duo libelli. Et infra, c. proxi. Sed cui offertur? Certe iudici alioquin male faceres, licet d. authen. offeratur. videatur dicere contrarium: ſed glo. ſupplet offerātur a iudice. vel ab actore, ⁊c. quia ſemper iudici fides eſt adhibēda, vt C. de edēdo. l. procurator. de condictio. ob turpem cauſam. l. prima. C. de litigio. authent. litigioſa, ⁊c. denique iudex vnum det parti, vt infra ſequitur, ſed olim libellus fiebat ſine ſcriptis, ⁊ cum ſcriptis, vt ff. de eden. l. j. hodie vero neceſſaria eſt ſcriptura, vt in d. authēt. offeratur. Sed in modicis ⁊ in leuibus cauſis, que ſunt a media vncia infra, non datur libellus, vt in conſtitutione regni, que incipit, dilationes in iudicijs, ſed per caput nouum ſaltem offerenda petitio, per clementinam, ſepe. de verborum ſignificatio. Sed quid ſi reus non vult recipere, vt accidit multoties? Dic, quod iudex poteſt ipſum cogere: cum iudicium reddatur in inuitum. ff. de verborum obligationibus. l. inter ſtipulantem. §. j. ⁊ ipſum mulctare, vt dixi ſupra: nam multa ſunt iuris remedia, quibus iudex poteſt defendere iuriſdictionem ſuam, que nominari ſolent ex ordine. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperauerit. in ſi. dic vt ibi.

e ¶ De tali. De quo die ſemper eſto memor, quod ſcribatur, ⁊ ponatur: alias proceſſus vitiaretur, argumen. rationum vbi dies ⁊ conſul non ponitur non valet, vt ff. de edend. l. j. § editiones. ⁊ ff. de accuſationibus. l. libellorum, cum ſimilib⁹. dic vt ibi notatur.

f ¶ Item ſi lecto libello. Hoc nouum, vt legatur petat triduum. quod conceſſum eſt ſibi de iure conſtitutionis regni hic in textu alias vide plene ibi, ⁊ extra, de except. cap. paſtoralis. ⁊ i dicta conſtitutione, exceptiones dilatorias ſacramento prius preſtito, quod non iudicij differendi cauſa hoc facit alias non auditur, vt ibi, ⁊ infra proxi. cap. ⁊ vnam exceptionem nominare, puta excommunications, ⁊ aduerte quod capitulum hoc, locum habet tam in ciuilibus quam in criminalibus, ⁊ in dilatorijs, vt in regula conſtitutionis, ſupra alleg. curioſus lector videre poterit.

g ¶ Item ſi oppoſita exceptione. Ut in d. c. paſtoralis. ⁊ in conſtitutione, exceptiones dilatorias.

h ¶ Damnetur. Nota quod damnari debeat in expenſis, ſꝫ nunquid in eodem iudicio ꝫ debet ſuper his expenſis libellus dari? Reſpond. eadem ſententia fieri debet, vt C. de iudic. l. ſancimus. in authentica poſt iuſiurandum. ibi ſignata, in fine ibi not.

i ¶ Item ſi lecto libello ſic. Hic quero vtrum iudex vel pars teneatur ei qui vocatur vulgarizare libellum. Credo de iure quod non vt ff. de inſtito. l. ſed ⁊ ſi pupillus. §. proſcribere. ſed debet venire ⁊ habere aduocatum ſuum qui intelligat pro eo, ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium, vt tota die videmus fieri, ſcilicet in litis conteſta. ſecundum tenorem legis. C. de lit. conteſta. authenti. offeratur. probare vero poterit per teſtes, inſtrumenta, literas, ⁊ confeſſiones partis per alium omnem modum probandi. Item quando ſuper aliqua interrogatione facienda parti ſuo ſacramento, ſi interrogatio ſit procuratori, interrogabitur procurator de credulitate dicendi, quid inde creditur, ſic cogitur reſpondere per verbum, credit. quod poſſit ſic, ⁊ debet fieri, eſt regula C. de iuramento calumnie. l. ij. §. quod obſeruari. in gloſſa, in verbo, exiſtimat. ⁊ ſic poteſt dici tripliciter iuramentum hodie eſſe preſtandum in iudicio. que duo ſacramenta probantur de facienda calumnia. cap. i. de iuramento calum. lib. vj. ⁊ tertium ſit ex conſuetudine: quod vocatur credulitatis, vt dixi, ⁊ omnia tria genera ſacramentorum in iudicio verſantur. Caueat autem reſpondens quod non varius inueniatur in reſpondendo. Et hec quidem vera ſunt in principali, que non habent locum in teſte per dicta iura, vt ibi not. per c. ex literis. de iureiurando.

k ¶ Die tali. Et infra negauit, ⁊ affirmauit ſcribatur ſimiliter lite conteſta. confeſſus hoc, ⁊c. bona eſt cautela quod ſic ſaluis iuribus, ⁊c. vt ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. l. ſi debitor. ibi, ſalua cauſa pignoris ⁊c.

l ¶ Si vero per verbum ignorantie, Si vero per principalem fiat lit. conteſta. oportet fieri per negationem, vel affirmationem ⁊ animo conteſtandi litem. alias non valeret vt not. C. de lit. cōteſt. l. j. ⁊ in conſtitutione regni, dila. cum ſimilibus. ibi not. quia bonus aduocatus neceſſe habet quod proteſtatio ſeruetur.

m ¶ De ineptitudine libelli. Id eſt, ius in futurū, vt ff de nego. geſt. l. Meſennius. ⁊ de verborum ſignificat. l. deteſtatio. cū ſimilibus. ⁊ quia ſi inepta eſt actio ſiue libellus, perditur lis, vt ff. de inſtit. l. ſed ⁊ ſi §. penult. ⁊ ff. ſi men. fal. mod. dix. l. j. cum ſimilib⁹. Caueat autem aduocatus, quod non alleget in iudicio falſa: alias puniretur de falſo, ſicut videmus in tabellione, ⁊ iudice, vt C. de teſta. l. iubemus. in ſi. Si autem aliquis aduocatus allegat contra iura, puta exceptionem dilatoriam, opponendo poſt litem conteſtatam punitur libra auri, ⁊ mulctabitur in hoc, vt C. de except. l. ſi quis aduocatus.

n ¶ Item poſt litem conteſtatam. Quod ſacramentum ſi recuſatur ab actore non auditur in cauſa: ſi a reo, punitur pro confeſſo, vt C. de iuramento calumnie. l. ij. §. quod ſi actor. ⁊ §. ſi autem reus.

o ¶ Item iuramentum calumnie. Item poſt ſententiam ad probandum ſecundum arbitrium iudicis, vt in conſtitutione regni de proceſſu iuris conſti. lit. legitime. in ſi. ⁊ dic, vt ibi dicitur, ⁊ in d. c. quoniam contra falſam, extra de probat.

p ¶ Item dato termino ibi offeratur. Dic hec prealle. cōteſtatio lit legitime corrigit multa ⁊ infinita iura: olim enim omnes defenſiones ſeu articuli dabātur vſq; ad ſententiā, vt ff. de reſcin. non poſſ. l. peremptorias. hodie vero ſecundū iſtam conſtitutionem, ⁊ aliam huius regni offeruntur eodem die, vel ſequenti.

q ¶ Item ſi iurent teſtes aduerſa parte preſente, vel contumaciter abſente, vt C. de teſtib. l. ſi quando. ⁊ not. quod teſtes debent eſſe iurati. alias eis nō crederetur, niſi ſint iurati, vt iiij. q. iij. cap ſi teſtes. §. item iuriſiurandi. ⁊ extra de teſti. c. quoties. ⁊ d. l. ſi quando. Die tali. ⁊ ſ. iurati ſunt corporaliter. d. l. ſi quando. ⁊ c. quoties ⁊ c. ſicut. cum ſimilib.

r ¶ Pretio. Ut extra de teſti. c. j. ⁊ c. quoties. cum multis ſimil. ⁊ de hac oppoſitione facienda contra teſtes ⁊ proteſtatione, dic vt not. in c. ſicut. extra de teſtib. opponi autem poteſt.

s ¶ Itē ſi teſtes. Quia nō eſt de ſubſtantia recipere teſtes, poſt quā ſunt iurati, vt recipi poſſint die feriata, imo plus quod poſtquam ſunt intra terminum iurati, poſſunt etiam poſt terminum examinari. Ratio eſt, quia lex dicit quod teſtes iurati habentur pro examinatis. vt ff. de acq. her. l. Antiſtius. de bo. poſſ. l. ex teſtamento. ⁊ ff de teſtam. mil. l. j. §. j.

t ¶ In ſecreto. Ut C. de teſtib. l. nullum. ibi, ita ad iudicantis intrare ſecretum, ⁊c.

v ¶ Alijs circunſtantijs. Uidelicet auditu, viſu, ſcientia, credulitate, ⁊ fama, ⁊ certitudine: omnia predicta textualiter not. extra, de teſtib. c. cauſam que.

x ¶ Itē poſt examinationē teſtiū, publicatio. Hoc eſt dicere redigantur in publicū que teſtes dixerunt occulte, vt l. nullū C. de teſtib. ⁊ etiā inſtrumenta, vt poſſit ſciri quid in cauſa probatum eſt. Sed vtrū publicatio ſit neceſſaria, ſeu de ſubſtantia proceſſus, ita quod ſi omittatur, nō valeat id quod agitur? Dic, quod eſt neceſſaria, vt not. in glo. ordi. C. de ſen. ⁊ interlo. om. iud... prolatam. ⁊ C. de iudi. l. iubemus. ⁊ in auth. de teſtib. §. quia vero.

y ¶ Talē diē, ibi copia. Quod eſt de iure Romano cū concor. ff. de iure fiſci. l. in fraudem. C. de eden. l. is apud quem. cum ſimili.

z ¶ Tali apud talem locū, Intellige ſane de teſtibus quos pro

te non produxiſti: nam ſi quos teſtes etiam examinatos contra
te eos reprobare non potes, vt C. de teſtib. l. teſtium. dic vt ibi,
⁊ nõ mirũ ſi reprobãtur teſtes, nam edictũ de teſtibus eſt pro⸗
hibitoriũ, vt ff. de teſtib. l. j. §. ibi. quibus nõ interdicitur, ⁊c. Nã
illi admittuntur, qui nõ reprobantur. ff. de iudi. l. cum pretor, ⁊c.
a ¶ Item poſt rubricas. Quod facere debent immediate poſt
publicationẽ teſtium poſtquam viderunt proceſſum. Attendãt
tamen iudices, quod poſt concluſionem debent ipſi iudices fer⸗
re ſententiam ⁊ dare intra decem dies, vt in conſtit. vniuerſos.
dic vt ibi in glo. not. ⁊ j. eo. hoc tamen habeat. cum ſimil. c. noui.
b ¶ Quibus peractis. Concluſio quod neceſſe eſt de ſubſtantia
proceſſus, vt in d. l. iubemus. C. de iudi. ⁊ dic vt not. C. de ſenten.
l. ea lege.
c ¶ Detur terminus. Quod facere poteſt vt not. Inſtit. de verb.
obliga. §. omnis. in glo. in verbo, tribui debet. que incip. hic not.
queſtionem de facto.
d ¶ Item feratur ſententia. Quod ſi non faciat, iudex tenetur ex
tit. de obli. que ex quaſi malefi. Inſtit. eo tit. in princ.
e ¶ Secundum allegata, ⁊ probata. Ut dicunt iura. ff. de offi. pre
ſi. l. illicitas. §. veritas. ff. de mino. l. intra vtile. vbi dicit Iuriſcõ⸗
ſultus ſecundum ea que proponuntur, ⁊ vbicunq; Iuriſconſul⸗
tus Sceuola loquitur in corpore iuris. Sed an ſententia debet
eſſe cõformis libello † dic quod ſic. l. vt fundus. ff. commu. diuid.
f ¶ Item ſi poſt. Ibi iudex ſurgat quod poteſt facere viua voce
appellando eodem die: dummodo in ea iudicij figura ſit iudex,
vt ff. de appel. l. ſed ſi apud acta. dic vt ibi.
g ¶ Die tali. Iudice pro tribunali ſedente, quod dico neceſſe nõ
eſſe vt pro tribunali ſedeat, dum in ea figura iudicij iudex ſit, vt
viua voce appellat, vide qd dixi ſupra. Si autẽ poſt decẽ dies ⁊
vltra, non auditur appellare volens, vt C. ſi contra ius vel vtil.
publ. auth. que ſuplicatio. cum ſimil. ⁊ auth. hodie C. de appell.
olim vero de iure Digeſtorum intra triduum, ⁊ biduum appel⸗
latur ⁊ correctum eſt, vt ff. quando appel. ſit. l. j. §. biduum.
h ¶ Petens cum inſtantia Apoſtolos. Quod facere tenetur iu⸗
dex vt no. ſ. ⁊ C. de appel. proconſul. ⁊ l. eos. ⁊ §. ſuper his. ⁊ ad
iudicem ad quem appellatum eſt debent mittere per iura alle⸗
gata, imo appellationem coguntur recipere, ⁊ ſi non recipiunt,
puniuntur vt C. de appel. l. quoniam iudices.
i ¶ Et omnia. Quia victus ⁊ confeſſus nõ audietur appellans:
ſecus ſi victus tantum nam ipſe talis bene appellat, vt C. quo.
appel. non recip. l. obſeruare. ⁊ dic vt ibi not. in tex. ⁊ in gl. in ver
bo, propria. que incip. id eſt, ſpontanea.

Tract. de Arbitris, per Bar.

1 ☞ Arbiter quis eſſe poſſit.
2 Arbiter dicitur qui partes iudicis ſibi vendicat.
Arbitrator qui conſilio ſuo tanquam amicabilis compoſitor li
tem bona fide decidit.
3 Arbitri ſententie ſtandum eſt niſi ſit nulla.
Arbitratoris ſententia reducitur ad arbitrium boni viri.
4 Arbiter cogitur ſententiam dicere, arbitrator non.
5 Reductio ad arbitrium boni viri a ſententia arbitratoris, peti⸗
tur intra decem dies, ſi eſt iniqua.
6 Sententia an ſit lata ab arbitro vel arbitratore cognoſcitur ex
modo procedendi.
7 Renunciari reductioni ad arbitrium boni viri an poſſit, ⁊ infra
nume. 20.
8 Arbiter poteſt pronunciare de expenſis, ⁊ vſuris quando debẽ
tur officio iudicis, ſecus ſi ex ſtipulatione.
9 Duo ex tribus arbitris non poſſunt pronunciare altero mor⸗
tuo.
10 Duo ex tribus arbitris licet non poſſint tertium abſentem co⸗
gere, vt pronunciet, iudex tamen eum cogit vt conueniat.
11 Arbitrorum vnus non poteſt committere vices ſuas alijs, niſi
ſit compromiſſum.
12 Arbitri duo ſi abſente tertio pronunciãt ipſo poſtea ratum ha⸗
bente ſententia duorum non valet.
13 Arbiter non punit contumaciam litigantium.
14 Arbiter ſi ſolus ſtipulatus eſt penam, ſi eius ſententie non pa⸗
reatur, ⁊ pena ſit commiſſa, quia vnus non paruit, ipſe exigit pe
nam quam exactam preſtabit parenti, vel ei cedit actionem.
15 Arbiter ſi mortuus eſt eo tempore quo certum eſt alterum ex li
tigatoribus adeſſe non poſſe die ſtatuta, pena non committitur
16 Arbitri a ſententia non appellatur, ⁊ que ſit ratio.
17 A ſententia lata ſuper pena commiſſa, quia nõ paritũ eſt ſen⸗
tentie arbitri, an poſſit appellari
18 Arbiter ab arbitratore in quibus differat.
19 Clauſula appoſita in compromiſſo ibi, in arbitrum ⁊ arbitrato⸗
rem reſoluitur in diſiunctam.

1 TRactaturi de arbitris, primo † videa
mus, quis poſſit eſſe arbiter. Et eſt
ſciẽdũ, qd poteſt eſſe homo liber, pa
terfa. ⁊ filiusfa. integre fame homo, li⸗
bertinus compos mẽtis, ⁊ etiã infa⸗
mis, dũmodo ſint maiores xxv. ann.
ff. de arbit. l. ſed ⁊ filiusfamilias. cũ l.
ſequ. ⁊ l. Pedius. j. reſpon. ⁊ §. in ſer⸗
uũ. ⁊ l. ſed ſi in ſeruũ. §. ſz neq; ⁊ l. cũ
2 homo. ⁊ redde ſingula ſingulis. † Viſo quis poſſit eſſe arbiter.
videndũ eſt quid differt arbiter ab arbitratore: Arbiter eſt qui
vẽdicat ſibi partes iudicis. l. idem Pomponius. §. recepiſſe. eo.
ti. Arbitrator eſt, qui conſilio ſuo tanquam amicabilis compoſi⸗
tor litem decidit bona fide, ⁊ bono motu nulla iuris ſolennitate
ſeruata, ⁊ abſque iudiciorum ſtrepitu, vt d. l. idem Pomponius.
3 §. pen. Item ſciendum eſt † quod litigatores debent ſtare. ⁊ pa
rere ſententie arbitri, ſiue ſit equa, ſiue iniqua: quia debent ſibi
imputare litigatores, qui talem elegerunt arbitrũ. l. diem profer
re. §. ſtari. eo. ti. ⁊ hoc verũ ſi credãt ſe bene ſententiare, ⁊ nõ con
tra legẽ: qr tunc ſecus: nã ſi pronũciaret minores xiiij. ann. poſſe
teſtari, nõ valeret talis pronũtiatio vt l. ij. C. qñ prouo. non eſt
neceſ. ſed ſentẽtia arbitratoris, ⁊ amicabilis cõpoſitoris, ſi eſſet
iniqua nõ eſſet ſtandũ, ⁊ poſſet reduci ad arbitriũ boni viri, ⁊ in
hoc differunt arbiter, ⁊ arbitrator. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. p
ſoc. l. hec venditio. j. rñ. ff. de cõtrah. emp. l. ſi libertus ita iuraue
4 rit, in princ. ff. de ope. lib. ⁊ de leg. ij. l. j. in fi. cũ ſi. Itẽ arbiter † cõ⸗
pellitur ſentẽtiã dicere. l. iij. §. tametſi. ff. eo. ti. ſed nõ arbitrator,
etiã ſi ſuſcepit. C. de cõt. emp. l. fin. ibi, vel ipſe noluerit. Sed que
5 ro † intra quantũ tẽpus poteſt peti reductio ad arbitriũ boni vi⸗
ri. Rñ. põt peti reduci, ſi eſt iniqua intra decẽ dies a tẽpore ſen⸗
tentie late ad inſtar ſuplicationis. C. de pci. Impe. offe. auth. q̃
6 ſupplicatio. Sz qd ſi dubitat † an ipſa ſentẽtia ſit lata ab arbi⸗
tro, vel arbitratore, qr ſi eſſet lata ab arbitro, eſſet ſtandum, ſi⸗
ue equa, ſiue iniqua ſit: ſed ſi lata ab arbitratore, an poſſit reduci
ad arbitriũ boni viri: rñ. proceſſus negotij facti per ipſum ho⸗
minẽ electũ ab ipſis partibus ſuper hoc oſtendet, ⁊ declarabit,
vtrũ lata fuerit ſentẽtia ab arbitro, an nõ. Facit C. de teſta. l. non
7 codicillũ. Sed an † poſſunt litigatores renũciare, vt non poſſit
reduci ad arbitriũ boni viri ſententia arbitratoris: Dic, vt dixi
8 in l. j. C. eo. tit. Quero, † an arbiter poſſit pronunciare de ſumpti
bus ⁊ vſuris: Quidã dicunt, quod non: quia vltra cõpromiſſũ
arbiter nihil poteſt l. nõ diſtinguemus. §. nam ⁊ Iulianus e. ti.
Sed dic quod de expenſis poteſt pronunciare: cum ſint acceſſo
rie, ⁊ dependentie ab ipſo negotio principali. arg. l. ad rem mo⸗
bilem. ⁊ l. ad legatum. ff. de procu. ⁊ quia iudex de his pronũciat
l. ſancimus. C. de iudi. ergo ⁊ arbiter. l. j. ff. de arbitr. ⁊ l. ſolemus
de iudic. De vſuris autem diſtingue, aut debetur vſura iudicis
officio, quia eſt forte bona fide contractus, ⁊ tunc poterit pro⸗
nunciare, quia eſt vna obligatio ſortis ⁊ vſurarum. C. de vſur. l.
iij. Aut ex ſtipulatione, ⁊ tunc non poterit pronuntiare. ff. de
9 appellat. l. cum in vna. Quero, † tres ſunt arbitri, vnus de⸗
ceſſit, an alij duo poſſint pronuntiare: Reſpondeo non: quia fi⸗
nitum eſt compromiſſum. ff. eod. l. item ſi vnus. §. j. ⁊ quia mors
omnia ſoluit, vt in authentica. de nuptijs. §. deinceps. Sed an
10 duo † ex ipſis poterunt abſentem tertium cogere vt veniat cum
ipſis: Reſpondeo, ꝙ nõ, quia in hoc ſunt pares. ⁊ par in pare
non habet imperium. l. nam ⁊ magiſtratus. ff. eod. Quid ergo
fiet: adibunt iudicem, ⁊ eum citabunt, ⁊ ei percipient, vt con⸗
ueniat cum ipſis duobus. argument. l. iij. §. ait pretor. ⁊ l. litiga⸗
11 tores. §. j. ff. eod. ¶ Sed † an vnus ex ipſis poterit committere
vices ſuas alij duobus: Dic, quod non: niſi ſit ſic compromiſ⸗
ſum. l. Pedius. §. fina. ff. eodem. vbi dicitur non, vt recipiat ſen⸗
tentiam, ⁊c. ⁊ dicta l. non diſtinguemus. §. fin. ff. de arbitr. Quid
12 ſi duo † ex ipſis prounnciauerunt tertio abſente, ⁊ poſtea ratum
habuit quicquid per eos factum ſit an ſententia duorum vale⸗
bit: Reſpond. videtur quod ſic. l. fina. C. ad Macedonia. ff. de
iudic. l. licet. ⁊ ff. qui ſatiſda. cogan. l. Iulianus. cum ſimilib. ⁊ hec
omnia habes not. in l. j. ⁊ ij. C. de arbitr. Sed tu dic contra, quia
preſens eſſe debet, quando pronunciatur. l. ſi in tres. ff. eodem. ⁊
ratihabitio non habet locum, vbi facto, ⁊ preſentia opus eſt pro
batur in l. obligari. §. tutor. ff. de authori. tuto. ⁊ Inſti. de autho.
tuto. §. tutor. ⁊ C. de legationib. l. fina. lib. x. ⁊ l. finali. C. de predi.
13 cur. non alien. libro x. ¶ Sed † an arbiter poterit punire con⸗
tumaciam litigantium: Quidam quod ſic. l. non ex omnibus. ff.
eod.